



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1661**

De hora, qua Capellanus celebrare tenetur §. 4

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41878**

## §. IV.

*De hora, qua Capellanus celebrare  
tenetur.*

*Vbi*

*De Canonico celebrante horæ  
Officij.*

I. **D**e hora , qua celebrari potest , supra a disputavimus , hic autem sermo est de hora , ad quam Sacerdos se obligavit ex pacto . Et quidem pactum servandum esse , darique parvitateim materiae , si plus minus ab hora decreta discedatur , patet ex regulis universalibus ; sicuti quodnam peccatum sit , si tale pactum non servetur , colligitur ex modo dicitis §. 3. num. 3. Illud ergo huc tanquam in apposito loco tractandum reduco . An Sacerdos Canonicus distribu-

*a Supral. I.c. 6. §. 4.*

## 326 LIBER III.

Distributiones Officii lucretur, si ea hora, qua Officium in Choro recitatur, Missam celebreret.

2. Communis, & vera opinio est, præciso Privilegio Pontificis, vel legitimæ consuetudinis, non lucrari. <sup>a</sup> Ratio est, quia nec est, nec censetur esse præsens in Choro, qui Missam in Ecclesia celebrat. Distributiones vero dantur solum assistentibus in Choro, exclusa, ut habet Tridentum & qualibet Canonicorum remissione.

3. Per hoc autem non tollitur, quia, ob necessitatem Ecclesiarum, v. g. ob defectum celebrantium, Præfatus Chori possit disponere, e. ut Canonicus tempore Officii Missam in Ecclesia sua Collegiata celebret, tunc enim merito lucrabitur distributiones, quia, accedente legitima Superioris dispositione, moraliter judicatur Canonicus non abesse.

§. V. Pro

<sup>a</sup> Bonac. de Euch. d. 4. q. ult p 7. §. 5.  
n 7 b Trid. sess. 24 c. 22. de reform.

<sup>c</sup> Bonac. ib. n. 7.